



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Formularium Episcopale**

**Barbosa, Agostinho**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Formula XXIII. Licentiae pro Confessario saeculari.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10456**

## FORMULA XXIII.

*Licentia pro Confessario seculari.*

**D**Rodericus à Cunha, Dei, & Apo-stolicæ Sedis gratia Archiepiscopus, ac Dominus Brachare, Hispaniarumque Primas, &c. Dilecto nobis in Christo Presbytero N. præsentium tenore tibi per examinatores nostros Idoneos reperto, & per nos approbato, utin Civitate, & diœceti nostra Bracharensi, (*si vero sit restricta ad locum vel Ecclesiam, dicatur, ut in loco N. seu in Ecclesia N.*) Confessiones fidelium audire, & pœnitentes absolvere valeat, præterquam à casibus & censuris nobis reservatis facultatem concedimus & imprimur. Te in Domino admonentes, & hortantes, ut quæ pro recta hujus Sacramenti administratione per factos Canones sancta, vel à nobis ordinata fuerint, attente per legas, accuratèque observes. In quorum fidem, &c. Dat. Brachare Augustæ, ex Archiepiscopali Palatio..... Mens... Ann.

## FORMULA XXIV.

*Licentia pro Confessario Regulari.*

**D**Rodericus, &c. Dilecto nobis in CHRISTO fratri N. Ordinis S.N. præsentium tenore tibi à tuo superiore nobis legitimè præsentato, & per nos approbato, ut in civitate, & diœcesi nostra in Ecclesia monasterii,

seu Conventus Ordinis tui, ubi habitas, & in aliis item Ecclesiis quæ non sunt Ordinis tui, dum tamen admoneas priùs Parochiæ Curatum, Confessiones fidelium audire, & pœnitentes absolvere valeas, præterquam à casibus, & censuris nobis reservatis, & privilegio tibi non concessis, facultatem concedimus, & imprimimur. Te in Domino admonentes, & hortantes, ut quæ pro recta hujus Sacramenti administratione per factos Canones sancta, vel à nobis ordinata fuerint, attente per legas, accuratèque observes. In quorum fidem, &c. Dat. Brachare Augustæ, &c.

## FORMULA XXV.

*Licentia pro eisdem prima Classis Confessariis Regularibus.*

**D**Rodericus, &c. Tibi Dilecto nobis in CHRISTO fratri N. Ordinis S. N. à tuo Superiore legitimè præsentato, & à nobis approbato Pœnitentiæ Sacramentum in civitate, & diœcesi Bracharensi in Ecclesiis tui Ordinis, atque etiam graviter ægrotantibus, quorum Confessiones tu alias audire consueveris in eorum dominibus, monito tamen prius ipsius ægrotantis Parochio ægritudo non sit repellenta, aut mortis periculum non imminent (quo casu ipso etiam non manito, volumus tibi licere, ita tamen ut quamprimum Confessione audita, eundem certiorem facias, testimonio

D

item